



A P P R O B A T I O .

EX commissione Plurimum Reverendi , Magnifici ac Consultissimi D. Domini Philippi Braun SS. Theologiae & Juris Utriusq; Doctoris, Comitum Palatini Cæsarei, Protonotarii Apostolici, Insignis Ecclesiæ Collegiatæ in Haugis Decani, Rev. & Celsis. Principis Herbipolensis Consilarii intimi, Ejusdemq; in Spiritualibus Vicarii Generalis & p. t. Librorum Censoris &c. mihi mandatâ infra scriptus sermones in singulas totius anni Dominicas intitulatos, **ANATOMIA CANIS**, ab Admodum Reverendo, Magnifico ac Consultissimo Domino Joanne Laurentio Helbig SS. Theol. Doctore, Rev. & Celsis. Principis Herbipolensis Consilario Ecclesiastico, Capituli Ruralis Gerlocuriani Decano & Parocho Hafsfurtense, zelosissimo Verbi Divini Præcone, non minùs doctè quàm succinctè elaboratos cum subjunctis ad calcem operis de septem vitiis capitalibus &c. attente pervolvi, & originalia factarum ibidem citationum loca accuratè inspexi; Et cum nihil fidei orthodoxæ Ecclesiæ dogmatibus, morumq; probitati contrarium se mihi objecerit, quin potius eodem animarum Zelo, eadem ingeniosorum conceptuum varietate & abundantia, eadem solidâ & in SS. PP. plurimum fundatâ Doctrinâ ac eruditione, sententiarum copiosâ affluentia, & gratâ facundiâ cum præcedente Ejusdem opere Concionatorio in singulas anni Festivitates jam pridem in lucem edito præfulgeant, proindè jure merito dignissimos censeo, ut quantocyùs præli Beneficio ad Christi fidelium ædificationem & ingentem Dominorum Parochorum explendam aviditatem in lucem publicam prodeant. In quorum fidem dabam Herbipoli in Conventu Nostro FF. Prædicat. ad Conversionem S. Pauli die 13. Octobris Anno 1718.

*F. Albertus Schrautenbach Ord. Prædicat.
SS. Theol. Lector Ordinarius.*

APPRO.



APP



Emiretur am-
modum Reve-
mino, Joanne
Rev. & Celsis.
clericali, C
Parocho Hafsfurtense tan-
miam Canis intulari
mas totius anni Dominici
res autem sive pastores di-
Canes ipsos, præcellente ve-
tes: in neutro sensu aberr-
l. 20. moral. c. 9. dicentis:
do fidelium? vel qui alii hujus
qui eorundem fidelium custode-
ris, nodurnisque vigiliis im-
latratus prædicationis deder-
Prædicator Paulus a Tim-
dicans prædicanti: Prædic-
obscera, merepa in omni patien-
modi latratus prodit Canis i-
sti oviculis jucundos ac desi-
& exitiales. Dignissimi pro-
ut è pulpitis Ecclesiasticis ac
luporumque ex adverso irru-
lissime. In quorum fidem da-
cem Herbipoli 19. Sept. 1718

F. Alex
SS

Jo. Laurentio Helbig

X



A P P R O B A T I O .



E miretur amicus Lector, Librum præsentem ab Admodum Reverendo, Magnifico ac Consultissimo Domino, Joanne Laurentio Helbig SS. Theol. Doctore, Rev. & Celsis. Principis Herbipolensis Consiliario Ecclesiastico, Capituli Ruralis Gerlocuriani Decano & Parocho Halsfurtense tam piè quàm erudite expolitum, Anatomiam Canis intitulari, continet siquidem Conciones selectissimas totius anni Dominicis præaptè accomodatas. Concionatores autem sive pastores dixeris gregi Dominico invigilantes, sive Canes ipsos, præcellente verbi divini latratu, rapaces lupos abigentes: in neutro sensu aberrabis à Magno Spiritu D. Gregorii Papæ l. 20. moral. c. 9. dicentis: *Quis est grex Sanctæ Ecclesiæ, nisi multitudo fidelium? vel qui alii hujus gregis canes vocantur, nisi Doctores sancti, qui eorundem fidelium custodes extiterunt? Qui, dum pro Domino suo diurnis, nocturnisque vigiliis intenti clamaverunt, magnos, ut ita dixerim, latratus prædicationis dederunt.* Hos latratus requirit altissimus ille Prædicator Paulus à Timotheo Ep. 2. c. 4. v. 2. monens & prædicans prædicanti: *Prædica verbum; in sta opportunè, importunè argue, obsecra, increpa in omni patientiâ & doctrinâ.* Opportunissimos hujusmodi latratus prodit Canis iste *Anatomicus*, balantibus quidem Christi oviculis jucundos ac desideratos: ululantibus verò lupis exosos & exitiales. Dignissimi proindè sunt latratus isti Concionatorii, ut è pulpitis Ecclesiasticis ad ovium fidelium commune solatium, luporumque ex adverso irruentium terrorem resonent plausibilissimè. In quorum fidem dabam in Conventu nostro ad S. Crucem Herbipoli 19. Sept. 1719.

F. Alexander Herth, Ord. Min. Convent. S. Francisci
SS. Theol. Baccal, p. t. Conc. Ordin. & custos Bac.